

Quod vero addit:⁹⁴ *Sapere et cernere et voluptates quaedam et honores bonorum, quae per se sunt, posuerit aliquis. Ponat et vere ponat. At quomodo sequetur, sapere est per se bonum, ergo⁹⁵ frustra erit idea, quae est haec argumenti forma? Aut quae rationis vis?*

Deinde quod ait:⁹⁶ *Si vero et haec sunt eorum, quae per se boni, rationem in omnibus ipsis eandem apparere oportebit. Cur vero id? Quando secundum essentias differentes idearum, et horum diversae etiam sint definitiones necesse est. Neque exemplum quadrat:⁹⁷ Sicuti in nive et cerussa rationem albedinis, haec enim ambo materialia sunt, idea immaterialis, nostra bona materialia. At si id verum est nivis et cerussae^{xxiii} albedinis eandem esse definitionem, cur contrariam dicit?⁹⁸ *Honoris et prudentiae et voluptatis aliae et differentes sunt rationes ea qua bonae. Sunt enim quatenus bona**

15 *eadem definitione comprehensa, ab omnibus enim expetuntur.*

Nec recte infertur:⁹⁹ *Non est ergo bonum commune, quid secundum unam ideam. Non enim inde sequitur. Praeterea falsum quoque est omnia enim bona sive aequivoca sive univoca sive ab uno et ad unum sive per analogiam, ut ipse enumerat, bona*

20 *sunt: quia boni illius unius principia sunt atque quod ait, si tale bonum sit non esse πρακτὸν οὐδὲ κτητὸν ἀνθρώπων,^{xxiv} agibile*

⁹⁴ τὸ φρονεῖν καὶ ὁρᾶν, καὶ ἡδοναὶ τινες καὶ τιμαί [...] τῶν καθ' αὐτὰ ἀγαθῶν θείη τις ἄν [ἄν τις]. [ARIST. E N 1096b.17 – 19]

⁹⁵ μάταιον [corr. ex μήτανον] ἔσται τὸ εἶδος. [ARIST. E N 1096b.20]

⁹⁶ εἰ δὲ καὶ ταῦτα ἐστὶ τῶν καθ' αὐτὰ, τὸν τ' ἀγαθοῦ λόγον, ἐν ἅπασιν αὐτοῖς τὸν αὐτὸν ἐμφαίνεσθαι δεήσει. [ARIST. E N 1096b.21 – 22]

⁹⁷ καθάπερ ἐν χιόνι καὶ ψιμυθίῳ [corr. ex ψυμμυθίῳ] τὸν τῆς λευκότητος. [ARIST. E N 1096b.22 – 23]

⁹⁸ τιμῆς {δὲ} καὶ φρονήσεως καὶ ἡδονῆς, ἕτεροι, καὶ διαφέροντες οἱ λόγοι, ταῦτη ἢ ἀγαθὰ. [ARIST. E N 1096b.23 – 25]

⁹⁹ οὐκ ἔστιν ἄρα τὸ ἀγαθὸν κοινὸν τι κατὰ μίαν ιδέαν. [ARIST. E N 1096b.25 – 26]

^{xxiii} Corr. ex cerusae

^{xxiv} Usp. ARIST. E N 1096b.34.